Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



·SIS·

9

est inter eados et barad. Peperitque agar
abre filium quem uocauit nomen eius
ysmahel. Octoginta et VI annorum erat
abram cum peperit ei agar ysmahelem.
Octauo uero nonagesimo XVII·
anno esse cepit. Dixitque ei dominus. Ego deus omnipotens ambula coram me et
esto perfectus. Ponamque fedus meum inter
me et te et multiplicabo te uehementer nimis. Cecidit abram pronus in faciem
suam. Dixitque ei deus. Ego sum. et po
nam pactum meum tecum. eris pater
multarum gentium. nec ultra uocabitur
nomen tuum abram. sed uocabis abraham
quia patrem multarum gentium constitui te.
Faciamque te crescere uehementissime. et po
nam te in gentibus. reges ex te egredi
entur. et statuam pactum meum inter
me et te. et inter semen tuum post te in
generationibus suis. fedus sempiternum. ut sim
deus tuus et seminis tui post te. Dabo
que tibi semini tuo post te. terram peregrina
tionis tue. omnem terram chanaan in
possessionem eternam. eroque deus eorum. Di
xitque rursum dominus ad abraham. Tu
ergo custodies pactum meum. et semen
tuum post te in generationibus suis. Hoc est
pactum quod obseruabitis inter me et
uos. et semen tuum post te. Circumcidet
ex uobis omne masculinum. et circumci
dens carnem preputii uestri. ut sit in signum
federis inter me et uos. Infans octo
dierum circumcidetur ex uobis. omne ma
sculinum in generationibus uestris. tam uerna
culus qui emptus est. quam circumcidetur. sequ
eque non erit de stirpe tua. Erit
pactum meum in carne uestra in fedus eter
num. Masculus cuius preputium caro
circumcisa non fuerit delebitur anima illa de
populo suo. quia pactum meum irritum
fecit. Dixit quoque deus ad abraham. Sa
rai uxorem tuam non uocabis sarai.
sed saram. et benedicam ei. et de illa dabo tibi
filium. cui benedicam. eritque in na
tiones. et reges populorum orientur ex eo. Ce
cidit abraham in faciem suam. et risit
dicens in corde suo. Putasne centenario
natus nascetur filius. et sara nonagenaria
parit. Dixitque ad eum. Ismahel
ismahel hic coram te. Et ait de

ad abraham. Sara uxor tua pariet
filium. uocabisque nomen eius ysaac.
Et statuam pactum meum illi in fe
dus sempiternum. et semini eius post eum.
Super ysmahel quoque exaudiui te. ecce
benedicam ei. et augebo. et multiplicabo
eum ualde. Duodecim duces generabit.
et faciam illum crescere in gentem magnam. Pactum uero meum statuam ad
ysaac quem pariet tibi sara tempore isto
anno alio. Cumque finitus esset sermo lo
quens cum eo. ascendit deus ad abraham. al· ab.
Tulitque autem abraham ysmahelem fi
lium suum. et omnes uernaculos domus
sue. uniuersosque quos emerat. cunctos
mares ex omnibus uiris domus sue.
et circumcidit carnem preputii eorum. sta
tim in ipsa die sicut precepat ei deus. Abra
ham. xc. nonem erat annorum. cum circum
cidit carnem preputii sui. et ysmahel fi
lius eius. xiii. annos impleuerat tempore
circumcisionis sue. Eadem die circumcisus
est abraham. et ysmahel filius eius. et omnes
uiri domus illius. tam uernaculi quam
emptitii. alienigene pariter circumci
sunt.
Apparuit autem ei dominus XVIII· sunt
in ualle mambre sedenti ostio
tabernaculi sui. in feruore diei.
Cumque leuasset oculos apparuerunt ei tres
uiri stantes prope eum. Quos cum uidisset
cucurrit mature de ostio tabernaculi
sui. et adorauit in terram. et dixit. Domine si
inueni gratiam coram oculis tuis. ne transeas
seruum tuum. sed afferam paucillum
aque. et lauentur pedes uestri. et requiesci
te sub arbore. Ponamque buccellam pa
nis. et roboretur cor uestrum. postea transibitis.
Idcirco enim declinastis ad seruum uestrum. Q
dixerunt. Fac ut locutus es. festinauit
abraham in tabernaculum ad saram.
dixitque ei. Accelera. tria sata farine con
misce. et fac subcinericios panes. Ipse
uero ad armentum cucurrit. et tulit
inde uitulum tenerrimum. et optimum.
deditque puero. Qui festinauit et coxit
illum. Tulitque butyrum et lac. et uitulum
quem coxerat. et posuit coram eis. Ipse
uero stabat iuxta eos sub arbore. Cum
que comedissent dixerunt ad eum. Ubi
est sara uxor tua. Ille respondit. Ecce in
tabernaculo est. Cui dixit dominus. Reuertens

al· pr·